

BOLETIN ECLESIASTICO DE FILIPINAS

Vol. XXXIV

No. 382



Marzo

1960

SUMARIO

El Sínodo de Roma	129
(Manual de Párrocos)	130
LITTERAE ENCYCLICAE DE CATHOLICIS MISSIONIBUS — "PRINCEPS PASTORUM"	131
DE FACULTATIBUS ET GRATIAS PRO AMERICA LATINA ET PRO INSULIS PHILIPPINIS (S.C. Consistorial)	137
Facultas anticipandi Obligationem Abstinentiae et Jejunii in Pervigilio Nativitatis D.N. J-C. (S.C. del Concilio)	140
JOINT PASTORAL LETTER OF THE HIERARCHY OF THE PHILIPPINES "ON NATIONALISM"	141
Votos del III Congreso Internacional de Música Sagrada	146
SACRED MUSIC AND THE SACRED LITURGY. — Fr. John ZAMPETTI, S.D.B.	151
Homilética: Divinidad de Jesús. — Jesús aclamado Rey por la Muchedumbre. — Fr. Victoriano VICENTE, O.P. — Jueves Santo. — Viernes Santo. — Pascua. — San CIPRIANO. — Domingo in Albis. — San AGUSTIN.	169
Casos y Consultas: I. De Potestate Parochorum. — Fr. Alberto SANTAMARIA, O.P. — II. Alienation of Church Property by the Local Ordinary. — Fr. Florencio TESTERA, O.P.	193
SECCION INFORMATIVA: MUNDIAL. — El Sínodo de Roma. — MENSAJE DEL SÍNODO DIOCESANO DE ROMA A LOS OBISPOS Y SACERDOTES DE TODO EL MUNDO.	191

BOLETIN ECLESIASTICO DE FILIPINAS

ORGANO OFICIAL INTERDIOCESANO EDITADO MENSUALMENTE
POR LA UNIVERSIDAD DE SANTO TOMAS, MANILA, FILIPINAS.

Registrado como correspondencia de 2ª clase el 21 de Junio de 1946.

R. P. JESUS M. MERINO, O.P.

Director

R. P. FLORENCIO TESTERA, O.P.

Administrador

Dirección Postal: Universidad de Sto. Tomás — España, Manila, Filipinas

Vol. XXXIV—No. 382

Marzo, 1960

Año XXXVIII

EL SINODO DE ROMA

Ya se celebró. La Iglesia entera estuvo durante un año esperándole. El Santo Padre insistía en pedir oraciones y en atraer la atención del mundo cristiano hacia él. Sin duda que tendría algo de extraordinario.

Los católicos sabemos muy bien que la diócesis de Roma es una de tantas como componen la Iglesia de Dios. Es la primera y fundamental; pero no es más que una diócesis y no se identifica con la Iglesia, como no se identifica con la montaña la cumbre que le remata y da nombre. Las leyes y normas sinodales que se hayan dictado serán normas locales y solos los romanos y los que en Roma vivan, clérigos o seglares, serán regidos por ellas.

Cierto que el Sínodo de Roma habrá de servir de modelo. Presidido por el Vicario de Jesucristo en persona, que como Obispo de Roma es el llamado a dictar las leyes; integrado por una clerecía diocesana numerosa y en la que forman personalidades cumbres del magisterio y del apostolado; organizado y asesorado por los mejores maestros de la Revelación Divina, del Derecho Eclesiástico, del Culto Divino y del Ministerio Pastoral que existen en la Iglesia, su desarrollo y conclusiones tienen todas las garantías de perfección humanamente posibles.

Con todo hay una nota curiosa, y es que Roma, desde donde se han prescrito y en donde se han aprobado durante siglos centenares de sínodos semejantes para las diversas diócesis del orbe cristiano, celebre por primera vez el suyo propio. La explicación no parece ser otra que el vivir la Ciudad de los Papas la fé y la caridad cristianas en su misma fuente; un vivir que cuando es de verdad continuo no necesita de remedios extraordinarios para ser permanencia del vivir de Cristo.

Pero en nuestros días ha tenido que celebrarse el primer Sínodo de Roma. Según lo notaba repetidas veces el Santo Padre, un crecimiento vecinal de más de millón y medio en cuarenta años; el torrente de problemas vitales, métodos, medios y tendencias del mundo de hoy abierto a todos los aires del bien y del mal, han necesitado que el clero de la Ciudad Santa se concentre por unos días para ver cómo cristianizar ese mundo nuevo que en ella bulle. Roma ha celebrado su primer Sínodo y del corazón del Cristianismo ha sacado las normas según las cuales habrán de vivir los hombres modernos que en ella viven y los que cuando estos mueran en ella vivirán.

Es la gran lección y la gran llamada del Sínodo de Roma. La lucha con los enemigos de la Iglesia es en la vida de esta algo secundario; el adaptar procederes de moda, insignificante; lo urgente y necesario en la vida de la iglesia de Roma y en la de todas y cada una de las diócesis que componen la Iglesia de Dios, la Iglesia Una, Santa, Católica, Apostólica y Romana, es el viejo y eterno "Donec formetur Christus in vobis" de S. Pablo (Gal. IV 19). Con el trabajo ordinario del magisterio y ministerio; con los medios extraordinarios de sínodos y concilios; con los esplendores y magnificencias romanas o con simplicidades y rusticidades misioneras hay que hacer siempre verdad,—y en los discursos sinodales romanos lo recordaba sin cesar Juan XXIII—aquello de "Omnia et in omnibus Christus". (Col. III 11).

De esto para la Iglesia de nuestros días es modelo el Primer Sínodo de la diócesis de Roma.

Ha salido

MANUALE PAROCHORUM MANUAL DE PARROCOS

Ed. Nov. 1960

R. P. Excelso Garcia, O.P.

Pedidos a U.S.T. Press — Calle España, Manila

Litterae Encyclicae

DE CATHOLICIS MISSIONIBUS

quadragésimo exacto anno ex quo Epistula Apostolica

«Maximum illud»

a Benedictio XV edita est

Venerabilibus Fratribus, Patriarchis Primatibus, Archiepiscopis Episcopis
Aliisque Locorum Ordinariis, Pacem et Communionem
cum Apostolica Sede habentibus

IOANNES PP. XXIII

VENERABILES FRATRES

Salutem et Apostolicam Benedictionem

Recuerdos personales del Santo Padre.

Some personal remarks of the Holy Father.

«PRINCEPS PASTORUM» (1 Petr. 5, 4), ex quo die Nobis agnos et oves, hoc est universum Dei gregem, (cfr. Io. 21, 15-17) ubique terrarum commorantem, pascendum regendumque credere voluit, atque adeo Nos suavi huic caritatis invitamento, humilitatis Nostrae conscii, sed potentissimo eius auxilio fidentes respondimus, Catholicarum Missionum granditas, pueritudo et gravitas menti semper occurrerunt Nostrae (cfr. *Homilia in die Coronationis habita*; A.A.S. L, 1958, p. 886); quamobrem numquam destitimus impensissimas ad eas conferre sollicitudines curasque Nostras. Ac primo exeunte anno, ex quo tergemina tiara redimiti sumus, in homilia ea faustitate habita, inter laetissimos Summi Pontificatus eventus diem illam recensuimus, qua, a. d. v. idus Octobres, in Sacrosanctam Vaticanam Basilicam plusquam cccc Evangelii praecones convenerant, imagines Iesu Christi cruci affixi e Nostris manibus recepturi, antequam in longinquas regiones christiana luce collustrandas se conferrent.

Ad hanc causam provehendam Providentissimus Deus, arcano amantique consilio suo, inde a iuvenilibus annis sacerdotale ministerium Nostrum convertere voluit; etenim vixdum prima plurimarum totius orbis Nationum conflagratio bellica restincta est, Decessor Noster piae mem. Benedictus XV e Dioecesi Nostra Romam Nos advocavit, ut «Pontificio Operi Catholicae Propa-

gandae Fidei» navitatem praestaremus Nostram; quod quidem per quattuor sacerdotalis vitae Nostrae annos libentissime fecimus. Atque grata recordatio menti succurrit Nostrae illius Pentecostes diei, cum anno 1922, tertio exeunte saeculo a condito Sacro Cónsilio Propagandae Fidei, cui peculiari modo munus demandatum est salutare Evangelii lumen et caelestia dona ad extremos usque proferre terminos terrae, Novis iucundissimum fuit saeculares id genus participare celebrationes.

Eodemque tempore alius Decessor Noster imm. mem. Pius XI ad Evangelii praeconum munera et incepta fovenda verbo et exemplo suo Nos excitavit, cum, antequam Cardinalium Patrum Collegium in Conclave, ut dicitur, conveniret, in quo ipsemet, Divino afflante Spiritu, Beati Petri Successor delectus est, haec coram Nobis asseveravit: «Nihil maius, nihil grandius, nihil utilius a novo Iesu Christi Vicario sperare possumus, quam haec duo gravissima; ut nempe evangelicam doctrinam usquequaque gentium propagare contendat ac veri nominis pacem conciliet populis atque confirmet» (cfr. *La propagazione della fede. Scritti di A. G. Roncalli*, Roma, 1958, p. 103 sq.).

Preocupación paternal de los Papas por las Misiones.

The fatherly interest of the Popes for the missions.

Dum hae suaves memoriae aliaeque non paucae animum subeunt Nostrum, Nos non immemores gravium eorum officiorum, quae ad Supremum Dei gregis Pastorem pertinent, cupimus, Venerabiles Fratres — occasionem arripientes ex memoranda illa Epistula Apostolica, cui a verbis initium est «Maximum illud» (cfr. A. A. S. XI, 1919, p. 440 sq.), et quibus, quadraginta ante annos, Decessor Noster piaec Benedictus XV Catholicarum Missionum causam, novis datis normis novoque studio christifidelium excitato animo, actuosissime provexit — cupimus, dicimus, vobiscum per has Litteras paterna voluntate colloqui de necessitate ac spe proferendi Regni Dei in non paucas regiones illas, ubi Evangelii praecones desudant nullisque parcunt laboribus ut novella Ecclesiae germina succrescant fructusque edant salutiferos.

Hac eadem de re Decessores etiam Nostri fel. rec. Pius XI et Pius XII opportunas normas opportunaque hortamenta ediderunt (cfr. Litt. Enc. Pii XI *Rerum Ecclesiae*; A. A. S. XVIII, 1926, p. 65 sq.; Litt. Enc. Pii XII *Evangelii praecones*; A. A. S. XLIII, 1951, p. 497 sq.; *Fidei donum*; A. A. S. XLIX, p. 225 sq.), quae Nosmet ipsi, cum primas dedimus Encyclicas Litte-

ras, quae «Ad Petri Cathedram» (Litt. Enc. *Ad Petri Cathedram*; cfr. A. A. S. LI, 1959, p. 497 sq.) inscribuntur, pari auctoritate parique caritate confirmavimus. Opinamur tamen ac pro certo hebemus numquam satis nos omnes esse facturos ut Divini Redemptoris vota hac de causa ad effectum deducantur, atque adeo sub unius Pastoris ductu oves omnes in unum feliciter congregentur ovile (cfr. *Io.* 10, 16).

El fin de la nueva encíclica.

The purpose of the present encyclical letter.

Dum mentem animumque Nostrum ad ea convertimus quae ad superna et caelestia pertinent Ecclesiae bona gentibus illis impertienda, quibus nondum Evangelii lumen penitus illuxit, oculis Nostris plurimae regiones occurrunt, in quibus vel uberes messe succrescunt, vigent ac maturescunt, vel vinae Dei operariorum labores difficiles admodum arduique sunt, vel denique inimici Dei et Iesu Christi insectationum vi christianorum communitates affligant ac divexant, et semen verbi Dei (cfr. *Matth.* 13, 19) suffocare ac proculcare enituntur. Ubique autem necessitas Nos urget, aptiore quo possumus modo, aeternam procurandi animis salutem; atque undique imploratio illa quasi ad aures pervenit Nostras: «Adiuva nos» (*Act.* 16, 9). Has igitur regiones innumeras, quas iam Evangelii praecones, qui «ex omni natione, quae sub caelo est» (*ibid.* 2, 5) orti sunt, apostolico sudore atque interdum sanguine etiam suo fecundarunt, et in quibus, divina aspirante gratia autochthones quoque apostoli, veluti germina novella, florescunt ac fructus edunt salutare, cupimus Nostris decorare laudibus, Nostris permovere incitamentis, caritate prosequi Nostra: iisdemque normas, praecepta ac monita impertire, quae spe aluntur firmissima, cum Divini Magistri pollicitationibus falli nesciis innitatur, quae hisce verbis continentur: «Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi» (*Matth.* 28, 20). «Confidite, ego vici mundum» (*Io.* 16, 33).

LA JERARQUIA Y EL CLERO LOCAL.

THE HIERARCHY AND THE LOCAL CLERGY.

I

Llamada de la Enc. "Maximum illud" en favor del clero indígena. *The plead for a native clergy in the Enc. Let. "Maximum illud".*

Cum primum illud atque immane plurimarum totius orbis gentium bellum tandem conquievit, quod tot civibus ac nationibus ingentes attulerat luctus, vastationes, ac maerores, tum

Apostolica, quam memoravimus, Benedicti XV Epistulo (cfr. A. A. S. XI, 1919, p. 440 sq.), veluti elatum paternae vocis invitamentum, catholicorum omnium excitavit animos ad paciferum Dei Regnum usquequaque gentium amplificandum; Dei Regnum dicimus, quod unum potest hominibus omnibus, caelestis Patris filiis, pacem defuturam numquam veramque prosperitatem dilargiri atque in tuto ponere. Ex eo tempore per quadraginta annos actuosissima Evangelii praeconum opera atque incepta cotidie magis florere uberioresque ediderunt fructus; atque illud praesertim evenit, ut Hierarchia et clerus, e regionibus orti, quae Missionalibus excolendae concreditae sunt, maiora in dies incrementa caperent.

Quandoquidem autem, ut proximi Decessoris Nostri imm. rec. Pii XII verbis utamur, Evangelii praecones «ad illud, . . . extremam veluti mettam, contendant necesse est — quod quidem semper ante mentis oculos esse debet — ut nempe Ecclesia apud alios populos firmiter constabiliatur, eisdemque propria, ex indigenis delecta, tribuatur Hierarchia» (Litt. Enc. *Evangelii praecones*; A. A. S. XLIII, 1951, p. 507), haec Apostolica Sedes mature, opportune largiterque semper, praesertim vero postremis hisce temporibus, hac de re consuluit ut ecclesiastica statueretur, vel restitueretur Hierarchia in regionibus illis, in quibus rerum condiciones suaderent ut Episcopales conderentur sedes, eaedemque, si facultas esset, Praesulibus, in iisdem regionibus natis, regendae conderentur. Nemo ceteroquin ignorat Sacrum etiam Consilium Propagandae Fidei praepositum ad hoc idem exsequendum potissimum constanterque spectare. Sed tamen fatendum est per memoratam illam Apostolicam Epistolam in pleniore luce gravem instantemque eiusmodi causam positam esse, cum per eam fel. rec. Decessor Noster Benedictus XV eos omnes impensissime adhortatus esset, qui Catholicis Missionibus praeerant, ut qui in regionibus evangelica doctrina excolendis divino quodam afflatu ad suscipiendum sacerdotium vocati essent, quam diligentissime instituerentur, atque adeo clerus ille numero virtuteque increbresceret, qui indigena dicebatur, quamvis hoc nomen nihil offensae, differentiae nihil significaret, quandoquidem id et Romanorum Pontificum eloquium, et ecclesiastica documenta numquam recipiunt.

El desarrollo en este sentido durante los pontificados de Pío XI y Pío XII.

The progress noted during the pontificates of Pius XI and of Pius XII.

Haec Benedicti XV adhortatio, quam Decessores Nostri imm. rec. Pius XI et Pius XII iterarunt, Providentissimi Dei favente

gratia, perspicuos uberesque edidit fructus; quamobrem cupimus et idcirco una Nobiscum immortales Deo agatis grates, quod in terris a Missionalibus excultis frequentes lectissimaque consurrexerunt Episcoporum et sacerdotum cohortes, qui, Fratres ac filii Nostri dilectissimi, animum Nostrum ad bene sperandum excitarunt. Si enim vel cursim ecclesiastica illarum tantum regionum rationaria inspicimus, quae curis concreditae sunt Sacri Consilii Propagandae Fidei, iis exceptis, quae in praesens insecutionibus opprimuntur, non sine summo solacio cernimus primum Episcopum genere Asianum anno 1923 consecratum esse, primosque Vicarios Apostolicos ex Afrorum gente electos esse anno 1939; usque ad annum autem 1959 octo et sexaginta numerari Episcopos genere Asianos, atque quinque et Viginti ex Africae gentibus; ceterum vero clerum autochthonem, qui anno 1918 numerum attingebat 919 sacerdotum, anno 1957 in Asia ad numerum quinque milium quingentorum quinquaginta trium sacerdotum administrorum pervenisse, in Africa autem sacerdotes qui anno 1918 habebantur nonaginta, anno 1957 iam complevisse numerum mille octingentorum undecim. Mirabili huiusmodi cleri incremento Dominus messis (cfr. *Math.* 9, 58) laboribus ac promeritis eorum dignum voluit tribuere praemium, qui vel navitate cuiusque sua, vel qui multiplici adiutrice collata opera Catholicas Missiones, iteratis Apostolicae huius Sedis normis generoso respondentes animo, studiosissime adiuvarunt. Iure igitur meritoque proximus Decessor Noster v. m. Pius XII non sine animi solacio assevarare potuit: «Olim quae ad Ecclesiae vitam pertinent, quatenus perspicua est, in veteris Europae regionibus praesertim vigeabant florebantque; exinde vero, veluti amplissimum exundans flumen, per ceteras terras, quae, ut graeco nomine utamur, quasi orbis terrarum peripheria videbantur, effluebant; sed hodie haec eadem Ecclesiae vita, mutuo quodam virium effluvio, cum singulis Mystici Iesu Christi Corporis membris communicatur. In aliis etiam non paucis continentium terrarum regionibus iam diu populi non Missionalium curis excolendi moderandique demandantur, sed propria gubernantur Hierarchia, ecclesiastica ordinatione propria fruuntur, et ceteris Ecclesiae communitatibus, a quibus iam fere omnia recipiebant, spiritualia ac terrena etiam dona libenter impertiunt» (cfr. Nuntius radiophonicus Pius XII die Natali D. N. I. Ch. habitus; A. A. S. XXXVIII, 1946, p. 20). Iamvero, Episcopos ceterumque clerum harum etiam novarum christianorum communitatum paterno adhortari animo cupimus, ut incensas ad Deum adhibeant preces, atque ita peculiari modo se gerant ut sacerdotale sibi creditum munus spirituali fecunditate polleat, utque, cum populo verba faciunt, quam saepissime de dignitate, de pulchri-

tudine, de necessitate ac de promeritis loquantur sacerdotalis muneris; ita quidem ut ad illud prompto magnoque animo suscipiendum eos excitent, quos Deus ad tam excelsum honorem vocaverit. Idque efficiant ut eorum etiam preces qui suis curis crediti sunt, ad Deum hac de causa admoveantur una cum universa Ecclesia, quae, ut Divini Redemptoris hortamentis respondeat, rogat «Dominum messis ut mittat operarios in messem suam» (*Luc. 10, 2*), hisce praesertim temporibus, quibus est «messis quidem multa, operarii autem pauci» (*ibid.*).

Fraterna colaboración entre el clero local y los misioneros de otros países. *The brotherly cooperation of the native clergy with the foreign missionaries.*

Christianorum autem communitates, quibus adhuc Missionales suam praestant navitatem, quamvis iam a propria Hierarchia regantur, eorum etiamnunc opera profecto indigent, qui hac de causa ex aliis nationibus advenerunt, sive ob territorii amplitudinem, sive ob christifidelium succrescentem numerum, sive denique ob ingentem multitudinem eorum, qui nondum Evangelii doctrina exculi sunt. Eis procul dubio haec proximi Decessoris Nostri sententia tribui potest: «Ii quidem minime vocandi sunt extranei, cum quilibet catholicus sacerdos, in officio sui muneris fideliter perstans, veluti sua in patria se habeat ubicumque Dei Regnum floret vel sumit exordia» (Epist. Pii XII ad E. mum Card. Adeodatum Piazza; A. A. S. XLVII, 1955, p. 542). Singuli igitur una simul concordique fraternae illius sinceraeque caritatis vinculo coniuncti operentur, quae amorem in se referat, quo erga Divinum Redemptorem eiusque Ecclesiam flagrare debent; atque Episcopis prompti hilaresque filiorum animo obsequentes, «quos Spiritus Sanctus posuit... regere Ecclesiam Dei» (*Act. 20, 28*), sint «cor unum et anima una» (*ibid. 4, 32*), sibi invicem ob praestitam adiutricem operam semper grates agentes; ita quidem ut ex hac agendi ratione omnibus pateat oculis ipsos reapse esse illius discipulos, qui ad mutuam servandam augendamque caritatem, ut ad «novum», suum praecipuumque praeceptum, adhortatus est omnes (cfr. *Io. 13, 34: 15, 12*).

(continuabitur)

S. Congregación Consistorial

DE FACULTATIBUS ET GRATIIS PRO AMERICA LATINA ET PRO INSULIS PHILIPPINIS

DECRETUM

Privilegia et gratias per Apostolicas Litteras sub Anulo Piscatoris «Trans Oceanum», anno 1897 a Summo Pontifice Leone XIII, fel. rec., omnibus Ordinariis locorum, sacerdotibus et christifidelibus Americae Latinae ad triginta annorum spatium concessa, Summi Pontifices S. Pius X, Pius XI et Pius XII, rec. mem., sive ad Insulas Philippinas extenderunt sive, per subsequenta Apostolica documenta: «Litteris Apostolicis» et «Conspicua privilegia», deinceps usque ad integrum annum 1959 benigne confirmarunt seu prorogarunt. Ea enim in evidentem christifidelium utilitatem feliciusque eorumdem regimen redundare compertum erat.

Cum autem hoc exeunte anno quos supra memoravimus Ordinarii — Americae Latinae scilicet et Insularum Philippinarum — iisdem permanentibus adiunctis, enixe postulaverint ut eadem privilegia, nonnullis inductis immutationibus, adhuc prorogarentur, Ssmus Dominus Noster Ioannes Divina Providentia Pp. XXIII, consultis Eminentissimis Patribus Sacrorum Romanae Curiae Dicasteriorum, pro rebus et causis ad unumquodque spectantibus, de consilio infrascripti Cardinalis S. Congregationis Consistorialis Secretarii, porrectis precibus benigne annuendum censuit.

Quapropter praesenti Consistoriali Decreto eadem Sanctitas Sua, omnibus et singulis locorum Ordinariis, sacerdotibus et christifidelibus dioecesium et ditionum Americae Latinae et Insularum Philippinarum facultates et gratias, quae infra edicuntur, benigne confirmat atque elargitur usque ad diem 31 mensis Decembris anni 1969.

1) Ordinarii locorum parochis vel missionariis, in regionibus seu locis in quibus, ob magnam distantiam vel ob aliud impedimentum, eisdem perdifficile sit, ex fontibus baptismalibus, ubi asservatur, desumere et secum ferre aquam Sabbato Sancto benedictam, possunt facultatem concedere aquam baptismalem

benedicendi ea breviori formula, quae, a Summo Pontifice Paulo Pp. III missionariis in Peruvia apud Indos concessa, nunc in Appendice Ritualis Romani legitur.

2) Parochi et missionarii, si propter temporis defectum improbamque defatigationem, vel aliis gravibus de causis, omnes adhibere pro Baptismo adutorum praescriptas caeremonias haud facile valeant, solis ritibus, qui in Constitutione memorati Pauli PP. III *Altitudo* die 1 mensis Iunii anno MDXXXVII data designantur, uti licite poterunt, praevio tamen Ordinarii consensu.

3) Item Ordinarii locorum, secluso Vicario Generali sine Episcopi speciali mandato, deputare possunt, ad Sacramentum Confirmationis administrandum sacerdotes, quantum fieri potest in aliqua dignitate ecclesiastica constitutos, vel munere Vicarii foranei fungentes, numquam vero simplices sacerdotes commorantes illis in locis in quibus praedictum Sacramentum administrandum erit; servata Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum Instructione pro simplici sacerdote, ex Sedis Apostolicae delegatione, Sacramentum Confirmationis administrante (A. A. S., XXVII, 11 seq.).

4) Iidem Ordinarii ad assistendum nuptiis iuxta formam a iure statutam delegare possunt sacerdotes qui, Missionum causa, ad evangelizandos fideles vel ad aliud exercitium pietatis implendum in longinquas regiones, a parochiali sede dissitas, pergunt, iisdem Missionibus perdurantibus, atque iis servatis, quae, prouti res ferat et loci ac temporis condiciones observari permittant, matrimonii celebrationi, ad normam canonis 1019 et seq. Codicis Iuris Canonici, praemitti debent; facta tamen huius Apostolici Indulti expressa mentione in unoquoque casu et iugiter firmis sacrorum canonum praescriptionibus tum de iuribus parochi servandis tum de inscriptione in libris paroecialibus facienda.

5) Ordinarii pariter dispensare valent super matrimonialibus, iurisdumtaxat ecclesiastici, impedimentis, a quibus Sancta Sedes dispensare consuevit, exceptis proinde impedimentis, quae ex Sacris Ordinibus vel ex affinitate in linea recta consummato matrimonio proveniunt; excepto quoque, ob rei gravitatem, impedimento de quo in canone 1075, nn. 2, 3; exceptis denique mixtae religionis et cultus disparitatis impedimentis, nisi speciales a Suprema S. Congregatione Sancti Officii facultates obtentae fuerint.

Insuper venia iisdem conceditur decernendi atque declarandi legitimam prolem nupturientium, dummodo ipsa in adulterio ne sit concepta; facta tamen in unoquoque casu, etiam in concedendis dispensationibus, huius Apostolici Indulti expressa mentione.

6) Fidelibus autem matrimonium contrahentibus largitur ut quocumque anni tempore Nuptiarum benedictionem accipere possint, dummodo illis temporibus, in quibus ab Ecclesia nuptiae prohibentur, a nimia pompa abstineant; cauto tamen ut, si extra Missam benedictio nuptialis concedatur, formula in appendice «de Matrimonio» Ritualis Romani adhibeatur.

7) Conceditur pariter ut Sacra Olea etiam antiqua, non ultra duos annos, adhiberi possint, dummodo ne sint corrupta et nova vel recentiora Sacra Olea, peracta omni diligentia, haberi nequeant.

8) Ordinarii permittere queunt sacerdotibus usum altaris portatilis, ita tamen ut huiusmodi usus sit tantum in fidelium bonum atque illis in locis, in quibus ecclesia vel publica oratoria desint, aut paroecialis ecclesia sit longe distans, non vero in mari; dummodo celebrationis locus sit decens atque honestus, super petra sacra celebretur, et parochi ceterique sacerdotes quibus haec facultas tribuetur, Sancti Evangelii explicatione vel catechesis traditione fideles, sacro adstantes, instruant.

9) Ordinarii concedere possunt sacerdotibus facultatem celebrandi in navi sacrosanctum Missae Sacrificium, durante dumtaxat tempore itineris, dummodo locus, in quo Missa peragenda est, nihil indecens aut indecorum praeseferat, mare aut flumen sit adeo tranquillum, ut quodcumque e Calice effusionis Sacrarum Specierum periculum absit; atque alter sacerdos, superpelliceo industus, si adsit, celebranti presbytero adstat.

10) Ordinarii locorum sacerdotibus suae iurisdictioni obnoxiiis, ubi viarum et curruum deest copia, facultatem concedere valent substituendi, loco altaris portalis seu petrae sacrae, aliquod linteum ex lino vel cannabe confectum et ab Episcopo benedictum, in quo conditae sint Sanctorum Reliquiae ab eodem Episcopo recognitae, super quo iidem sacerdotes sacrosanctum Missae Sacrificium celebrare queant iis tantum in casibus, et onerata eorum conscientia, in quibus aut nulla ecclesia vel oratorium sive publicum sive privatum exstet, et valde incommodum sit lapideum altare secum in itinere transferre aut in promptu habere. Servatis de cetero servandis iuxta Rubricas, praesertim quoad tobaleas et corporale.

11) Omnibus autem Americae Latinae christifidelibus permittitur ut a dominica Septuagesimae usque ad diem 16 mensis Iulii, in Commemoratione B. M. V. de Monte Carmelo, praecepto annuae paschalis Communionis satisfacere possint.

12) Iisdem christifidelibus largitur, si loca inhabitent ubi prorsus impossibile vel saltem admodum sit difficile ad confes-

sarium accedere, ut lucrari queant Indulgentias et Iubilaea quae Confessionem et Communionem et ieiunium requirunt, dummodo, servato ieiunio, sint corde saltem contriti, addito firmo proposito admissa, quamprimum poterunt, confitendi.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 8 mensis Augusti anno 1959.

✠ MARCELLUS Card. MIMMI, Ep. Sabinen. et Mandelen.,
a Secretis

L. ✠ S.

† Iosephus Ferretto, Archiep. Serdicensis, *Adsector*

S. Congregación del Concilio

DECRETUM

FACULTAS ANTICIPANDI OBLIGATIONEM

ABSTINENTIAE ET IEIUNII PERVIGILII

NATIVITATIS D. N. IESU CHRISTI

Plurimorum Episcoporum ex multis Nationibus votis obsecundans, Ssmus Dominus Noster Ioannes Pp. XXIII, praesenti Sacrae Congregationis Concilii Decreto, gratiam deinceps anticipandi obligationem abstinentiae et ieiunii a die vigesima quarta, pervigilio Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi, ad diem vigesimam tertiam mensis Decembris omnibus orbis catholici fidelibus concedere dignatus est.

Datum Romae, die 3 Decembris 1959.

P. Card. CIRIACI, *Praefectus*

L. ✠ S.

P. Palazzini, a Secretis

Joint Pastoral Letter of the Hierarchy of the Philippines

ON NATIONALISM

We, the Catholic Archbishops and Bishops of the Philippines, in fulfillment of our sacred mission "To rule the Church of God, which He has purchased with His blood" (Acts, XX, 28), deem it proper at this juncture of our national life to state the Catholic teachings on nationalism and on some connected matters.

On Nationalism And Filipinism

When God created man He intended him to be a social being. The inclusion of man in society is due to his inability to attain in full all by himself and without the cooperation of others the perfection of his life. Man has certain needs which can only be met by the cooperation of his fellowmen. Dependence upon his fellowman is inescapably necessary for man, since he has needs which he cannot supply in isolation from others and also has powers which he cannot express except in relationship with others. Thus the family is the earliest society required by the very nature of man.

When men work together in a common effort to attain a particular purpose like health, economic prosperity, knowledge, art, etc., they form what is known as an association, a guild, a union, a company or such like. But when men are united in a society which is meant to provide for *all* the natural needs required by a perfect and complete human life in its earthly existence; when men are forged into a unity by common customs, character, ideologies, language, territory, traditions, history and aspirations, that society, that unity is the nation, the *Patria*, the fatherland, one's own country, or what before was called the *polis*, the independent city. In that unity they live together with a view to attaining the natural perfection of each in a common life with the acceptance of a common authority.

Since the nation or the *patria* is the society men have established to meet the need of attaining in a perfect manner their temporal welfare, the life of that society is in the hands of the men that compose it. Therefore the success or failure of the nation is dependent upon the love which its citizens have towards it and their willingness to work and sacrifice for its pros-

perity. That love in all its aspects is patriotism or nationalism. For practical purposes We need not make here the precise distinction between the two concepts.

Nationalism may be said to be patriotism in action. We must love our country, and as a consequence of that love or as an expression of it, we are duty bound to advance the ideal of upholding in every reasonable way the whole complexus of elements, factors and activities encompassed by our fatherland. Patriotism is a virtue which impels every citizen to render to the fatherland love, reverence, honor and service. It is an extension of the virtue of piety which regulates the relations that exist between parents and children. It is a direct consequence of the cardinal virtue of justice, but is also an expression of charity. As St. Thomas teaches, we must love our fatherland and render to it the manifold service that is included in the name of honor.

Love of one's own country was taught in the Old Testament. The Gospels mention the touching love of our Lord Jesus Christ towards His country and His countrymen. (Matt. XV, 24; Luke XIX, 41-44; XXIII, 28). The teachings of the Church in this regard faithfully reflect the doctrines of St. Peter and St. Paul in their Epistles (I Pet. II, 13-15; Rom. IX, 2-3; XI, 1, 28, 30-31; XIII, 1, 5-6).

From this delineation of the idea of Nationalism we may conclude that Filipinism, which is nationalism for Filipinos, means hard work and generous sacrifice for the welfare of the Philippines in the temporal order, genuine love of Filipino culture in its nobler aspects, sincere appreciation of our historic past, honesty in public as well as in private life, mutual cooperation in common endeavors, scrupulous administration of public affairs, faithful compliance with the laws, unselfish acceptance of the burden of services required by the nation, payment of taxes and sincere love for national symbols and institutions. In regard to preferential rights for Filipinos, sentimental reasons must always be tempered with justice and respect for the natural rights of others. It is obviously wrong that those whose primary political allegiance is to a foreign state should own the patrimony of the nation. Thus we have laws which limit to Filipinos the acquisition of public lands, the development of natural resources, the ownership of public utilities, etc. Still it must be remembered that the "right to live" is a primary right with which every human being has been endowed by the Creator.

But, as in the case of all noble ideas, nationalism can be misused and misrepresented. Whenever it is used to violate the

rights of God, of man, of the family or of other nations, it ceases to be true nationalism. Whenever a nationalistic movement propounds that love of one's own country may disregard the Christian moral standards, when it adopts a hostile attitude toward foreigners just because they are foreigners, when it tries to justify the unjust claims of other nations just because our own might thereby gain some material advantage, then the nationalism it advocates is not genuine.

A systematic oppression of alien residents offends not only against Christian charity, but also against basic justice. Aliens admitted to a country are bound to that country by ties of gratitude, or allegiance, though temporary, and of strict observance of its laws. In return they should be treated by their adopted country with that respect due to human beings possessing human dignity.

Just as the nation is a perfect society in the natural order, in the supernatural order the Church is the perfect society which provides man with the means to reach his supernatural destiny, to attain that eternal salvation for which God created him. Religion, as the primary relation between God and man, and the Catholic Church in particular, as divine in origin, in means, in purpose and in authority, and universal in its mission, is beyond the scope of nationalism. The doctrines and the virtues taught by the Church are without doubt incentives for the practice of true patriotism, but any interference with her work from "nationalistic movements" is a violation of the divinely granted freedom of the Church to pursue in her own way the universal mission assigned to her by her Divine Founder. She will always have the welfare of the Philippines at heart, she will always teach her children to love their country and to respect and obey the properly constituted authorities of the State, she will always oppose all subversive activities which threaten our national life, but her specific Filipinism consists in what she is now doing—the formation of a Filipino clergy that is worthy of the office they hold, that of "ministers of Christ; dispensers of the mysteries of God" (I Cor. IV, 1).

On The "National Progressive Movement"

Recently a so-called National Progressive Movement has been organized. This movement has declared its avowed opposition to the Catholic Church by so stating in the press: "That the Church and sectarian institutions have been employed and are still employed as an instrument of foreign domination of the Filipinos." (June 20, 1959). By this unjust and false accusation,

this movement has allied itself with those enemies of the Church who unscrupulously use distortion of facts and even calumnies to malign her.

The movement's hostility to the Church can be clearly seen in these words of its high officers: "...Our specific supporters... did not accumulate tremendous fortunes in the name of religion that exalts sacrifice, and requires poverty of its ministers; neither did they, in order to acquire wealth, cruelly and inhumanly exploit the gullible and superstitious fear of the Filipino masses..." (Published in the press, June 6, 1959). This unjust accusation that the Church has accumulated wealth by exploiting her own children, has been time and again hurled against her. By repeating this falsehood in an indirect way, it is clear that the object of the speaker's wrath is the Church.

In January of this year We issued a statement in which We made known the official position of the Church on the nationalization of her schools. We made it clear that it cannot be hastened by legislation but must follow the growth of Filipino vocations to the priestly and religious life. By advocating immediate Filipinization of all private schools (The National Manifesto and Res. No. 14, May 24, 1959) the movement has virtually encouraged our people to disregard the official policy of their Church on the matter.

For these reasons and others we urge all Catholics in the country to sever any connection whatsoever with the organization and to refrain from giving it support.

On Communism

We are one with the Holy See and the Catholic Hierarchy of the whole world in the condemnation of Communism, as a system which deprives man of his rights as a being endowed with human dignity, and which renders him unable to fulfill his fundamental duties and enjoy his fundamental rights as a child of God and as a free citizen of his particular country.

We condemn the physical violence and the moral coercion inflicted upon persons and communities to force them into the structure of the communist atheistic State.

We condemn and solemnly protest against the tyranny and deception by which communism in some countries has forced its way sacrilegiously into the administration of ecclesiastical powers and offices so as to establish schism.

We urge our people to follow most strictly the directions of the Holy See and the teachings of their Bishops so as to avoid and shun communism in whatever form it might be presented to them.

Practical Conclusions

In the foregoing we have stated that nationalism is not a mere sentimental attachment to one's own country. Much more than that it is an ideal to be translated into our everyday living. For this reason we lay down the following norms of conduct to be followed by the Catholics of our country.

1. Catholics should exert every effort to bring about the spiritual and temporal welfare of our country, making sacrifices when such are necessary to promote its progress.

2. In the demand for preferential rights in our economy, care must be exercised so as not to commit injustice or violate the national rights of others.

3. Just as Filipino citizens should be taught to bear courageously the burdens that go with citizenship, so alien residents should be taught to bear the burdens that are concomittant with the privilege of residing in this country, and for all, that will mean allegiance to the State and the performance of services required by the nation.

4. Preachers and teachers should explain clearly the strict obligation in conscience of observing the laws of the country.

5. Our people should be taught to exercise their civic rights with the end in view of promoting the common good.

6. Public office is not only a privilege and an honor; it is also a duty which requires the spirit of self-sacrifice, a heart dedicated to the welfare of the community, proven honesty, and mental abilities beyond the ordinary.

7. Love and cherish our Christian traditions and culture because they belong to the basic elements of our nationhood. Love and cherish our national symbols. Respect and obey our civil authorities. Put yourselves at the service of every common endeavor which promotes the good of your community.

May God, through the intercession of our Patroness, the Blessed Virgin Mary, grant happiness and prosperity to our country. In the faith and charity of our Lord Jesus Christ may we all learn to love God and the Philippines our Fatherland.

Manila, the 3rd day of December 1959.

FOR THE HIERARCHY
OF THE PHILIPPINES:

(Sgd.) JUAN C. SISON, D.D.
*Coadjutor Archbishop of Nueva
Segovia; President, CWO
Administrative Council*

SECCIÓN DOCTRINAL

Votos del III Congreso Internacional de Música Sagrada

(París, Julio, 1957)

I. PRINCIPIOS

1) Que, de acuerdo con los términos de la encíclica "*Musicae sacrae disciplina*", la música sagrada se vea confirmada en la dignidad de arte litúrgico privilegiado y que, en consecuencia, la preocupación de cada pastor sea la de mantenerla en este rango, llamando a una colaboración fructuosa a los eclesiásticos y a los laicos cualificados.

2) Que en la práctica pastoral sea efectivamente reconocida la primacía de la liturgia solemne y del canto litúrgico tradicional sobre las demás formas de participación e nel culto público de la Iglesia.

Que de hecho, y siguiendo las prescripciones pontificias, se vele con el máximo cuidado por mantenerlas en todas partes en que se practican y por introducir las donde todavía no existan.

3) Que los músicos de la Iglesia tomen muy a pecho respetar el cuadro litúrgico de los oficios y que, por su parte, el clero trate la música sagrada con todo el respeto y la dignidad debida, velando por darle en los oficios el lugar que le corresponde.

